

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

IV. Tuitio Ecclesiæ Regibus Christianis commissa à Christo. Probatur ex
Paulo, & Augustino.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15591

cedit etiam altera ex professione religionis Christianæ profecta, ut eos in veram fidem & pietatem erudiendos magistris tradant; ita etiam Principes, quibus divinum numen ad procurandam in Republica pacem vices suas commisit, eō etiam studium suum porrigerere debent, ut cives ad felicitatem æternam prosequendam compellant. quod omnino aſſequentur, si per Episcopos, quae ad fidei sinceritatem & mores componendos pertinent, populis denuntiari current, res in hoc genere ab Ecclesia decretas suis legibus fanticant, & ne rebus constitutis vis aliqua fiat, sedulò invigilant. Ita enim fiet ut Imperij & Ecclesiæ pacem ex aequo inviolatam praestent.

I I I. Huic officio Theodosius Imperator se adstringi fatetur iis literis quas ad Synodum Ephesinam dedit: quarum testimonio eō lubentius utor, quod Oecumenicæ Syndodi judicio approbata & in Acta relata sunt. Ex iis patet societatem & cognationem quandam intercedere inter Religionem & Rempublicam; ad Principis studium pertinere ecclesiastici status aequè ac Imperij pacem, regij munera esse ut eum firmum & inviolatum præster ex omnium consensu, pietatis religionisque sinceritatem tueatur, curètque ut eorum qui Clerico adscripti sunt emendata sit castigataque vita. Quare non alienum erit integra verba Theodosij referre, quæ præcipias regulas complectuntur quibus Ecclesia Gallicanæ Libertas continetur.

Reipublice nostræ constitutio cā que in Deum est pietate precipue nititur, multaque inter hanc & illam cognatio ac familiaritas intercedit. Nam & ex se invicem pendent, & utraque prosperis alterius successibus incrementa sumit: quandoquidem ut vera religio justâ actione perficitur, ita Rēpublica utriusque openixa florescit. Cum itaque Deus Imperij habens nobis tradiderit, iisque qui imperio nostro parent, pietatis & securitatis quoddam quasi vinculum nos esse voluerit; harum inter se societatem, providentia & hominibus medios nos prebentes, indivulsa perpetuo conservare contendimus. Infrā:

Ante omnia autem in id operam damus ut ecclesiasticus status ejusmodi sit qui & Deum deceat, & temporibus nostris quam maxime congruat, idēmque ex omnium concordia & confessione suam tranquillitatem obtineat, tum per ecclesiasticarum controversiarum à turbis & seditionibus liber existat, tum demum ut pia religio ab omni reprehensione immunit perseveret; eorūmque vita qui vel inter Clericos censentur, vel magno quoque inter illos sacerdotio funguntur, omni prorsus nexo & culpa vacet.

I V. Hæc autem Ecclesiæ tuendæ provincia Christianis Principibus ab ipso Chri-

sto mandata est, ut veterum auctoritate è sacris Scripturis deprompta docemur. In eam sententiam Paulus Apostolus monet acceptum esse Deo ut Reges Christianæ fidei adscribantur, regiamque majestatem Christiani facti retineant, utique perfidiā ejuratā, ceteris Christianis tranquillam vitam præstent, cum omni pietate & sanctitate conjunctam. Hic est enim genuinus sensus horum verborum: *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus, in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum est, & acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Officio autem illo Reges defungi non possunt, nisi merum imperium adhibeant, & jus gladij quod Deus illis mandavit. Vnde Augustinus: *Nam & terrene potestates, quando schismaticos persequuntur, ea regula se defendunt, quia dicit Apostolus, Qui potestati resistit, Dei ordinations resistit. non enim frustra gladium portat.* Mox Donatistas alloquens: *Cognoscentes vestri schismatis nefas, constituant adversus vos pro sua sollicitudine ac potestate quod volunt.*

V. Ad Ecclesiæ Christianæ Tutionem à Princibus præstandam referendus est etiam psalmus secundus: qui pleniū ad Christum pertinet, quam ad Davidem, ut ipsi Apostoli restantur. Is autem psalmus Principes omnes hortatur ut Dei Filiū venerabundi fusciant; hoc est, ut se illi ministros, quæ Reges sunt, exhibeant, quemadmodum vere interpretatur Augustinus: *In hoc, inquit, Reges, sicut eis divinitus precipit, Deo servient, in quantum Reges sunt, si in regno suo bona jubeant, mala prohibeant, non solum que pertinent ad humanam societatem, verum etiam quæ pertinent ad divinam religionem.*

Et in epistola ad Bonifacium: *Quomodo ergo Reges Domino serviant in timore, nisi ea quæ contra iussum Domini sunt, religiosa severitate prohibendo atque pleſſando? Aliter enim servit quæ homo est, aliter quæ Rex est. In hoc ergo servient Domino Reges, in quantum sunt Reges, cum eas faciunt ad serviendum illi quæ non possunt facere nisi Reges.* Sixtus Romanus Pontifex in eandem sententiam hujus psalmi verba exceptit, cum Imperatoribus gratulatur de proscripta Nestorij hærefi: *Sciunt Scitius epib. 14 nempe Imperatores) se illi fenerare sollicitudinem suam, qui eam cum grandi reddat usura. De qua re nos convenit gloriari, quia celestem Regem videmus fæderatos habere Reges terrarum. Intelligent, sicut ait David, & eru-*

Relatio Syndodi ad Theod.
Part. 1. cap. 32.
Item 7. cap. 32.
Zonaras 7. cap. 32.
part. 1. cap. 32.
part. 1. cap. 32.
part. 1. cap. 32.

Concil. Ephes.
Part. 1. cap. 32.
Item 7. cap. 32.
Zonaras 7. cap. 32.
part. 1. cap. 32.
part. 1. cap. 32.

Ante omnia autem in id operam
damus ut ecclesiasticus status ejusmodi sit
qui & Deum deceat, & temporibus nostris quam
maxime congruat, idēmque ex omnium concor-
dia & confessione suam tranquillitatem obtineat,
tum per ecclesiasticarum controversiarum à tur-
bis & seditionibus liber existat, tum demum
ut pia religio ab omni reprehensione immunit
perseveret; eorūmque vita qui vel inter Clericos
censentur, vel magno quoque inter illos sacerdotio
funguntur, omni prorsus nexo & culpa vacet.

I V. Hæc autem Ecclesiæ tuendæ provincia Christianis Principibus ab ipso Chri-

Aug. 1. Tim. 1.

*Vide Allianum
ad S. vii. 13.
xii. 1. 1. 1.*

*August. ap. 16.
Heb. 13.*

*August. contra
Creticos. lib. 1.
cap. 31.*

*Item epib. 14.
Bonifac.*

*Sixtus epib. 14
Ioan. Antioch.*